

TABVLA  
RECITATIONVM  
IN  
ACADEMIA LVDOVICIANA  
PER SEMESTRE AESTIVVM  
A DIE I. MAI.  
CIOCCCLXXXVII.  
INCHOANDARVM.

RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAE  
D. AVGVSTVS FRIEDERICVS  
GVILIELMVS CROME  
C V M . S E N A T V .

 Etiam exemplum triumphi denegati, ad quod iam ordine temporum deducimur, a Lilio XXVIII 38 cominoratur. A. V. C. DXXXXVII, tertio decimo anno belli Punici secundi, L. Verurio Phidone, & Q. Caecilio Merello Coss. P. Cornelius Scipio, mox Africani cognomine superbiens, (qui A. V. C. DXXXIII, quum, patre eius in Hispania occiso, nemo imperium exercitus Romani in ea regione suscipere auderet, quatuor & viginti ferme annos natus, teste Lilio XXVI 18, secundum Polibiu iuuenis viginti septem annorum, illud petierat, acceperaque, qui virtute sua eximia Carthaginenses omni Hispania expulerat, & qui rex ab Hispanis fortitudinem eius admirantibus appellatus regium nomen deprecatus erat) prouincia legatis tradita, Roman triumphum cupiens rediit. Senatu ipsi pro more consueto extra urbem in aede Bellonae dato, quas res in Hispania per quinque annos gessisset, disseruit, & copiose exposuit, quoties signis cum hoste collatis dimicasset, (septem proelia cum Poenis ac Hispanis terra marique ipse aut per legatos prosperrime comiserat) quot oppida ex hostibus vi cepisset (egregiae potissimum fuerunt ductu eius expugnaciones Carthaginis Nouae, qua capta senatus Romae supplicationem decreuerat, Oringis, urbis opulentissimae, Illiturgis, quae propter pertinaciam incolarum solo aquabatur, & Astapae, cuius cives tanto furore Romanis resistebant, ut ad unum omnes occiderentur) quas gentes (Hispanos cis Iberum, Tudematos, Gadiatos) in ditionem populi Romani redigisset, quomodo aduersus quatuor imperatores, (Asdrubales duo, Magonem, & Hannionem) aduersus quatuor exercitus olim victores pugnando efficerit, vt nemo Carthaginem in Hispania reliquus sit. Quamuis autem illa omnia senati satis nota, ac Scipio sine dubio tam bene de republica Romana meritus esset, vt triumphi honore plane priuari non posse videretur, repulsam tamen tulit, hanc solam ob causam, quia neminem ad eum diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat. Scipio anno ante, quam bellum in Hispania ipsi demandabatur, A. V. C. DXXXXII. aedilitatem gesserat (hoc munere ornatus anno aetatis vicefimo tertio, qua occasione data, tribunis plebis ei obfidentibus, narrante Lilio XXV, 2, his verbis usus est: Si me omnes Quirites aedilem facere volunt, satis annorum habeo) qua finita nec prouinciam, nec imperium sperare poterat. Ante tempora bellorum ciuilium Romani mores circa ius triumphi receptos tam intente obsernarunt, vt vel summum illum heroa, Scipionem legibus hac in re soluere nollent. Postea, si quando ducem magistratu carentem triumphare sinerent, legem antea in comitiis tributis tolerant, vt eo die, quo triumphans urbem ingredieretur, ipsi imperium esset, vid. Lilius XXXV, 35, Cicero Att. IIII. 16. Pompeius primus fuit, qui equestri tantum dignitate praeditus triumphauit. Laudanda omnino videtur Scipionis modestia, qua in decreto isto senatus acquieuit, eti aut populi fauore extorquere triumphum, aut spreta populi & senatus autoritate in monte.

bano triumphare potuerit. Tentatam magis ab eo triumphi spem, quam pertinaciter flagitatem esse, *Livius* testatur. Vrbem quidem finis pompa ingressus est, at argenti copia, qua aerarium ditauit, sacrificium centum boum, quos *Ioui Capitoline* voverat, & admiratio rerum ab eo gestarum ingressum eius satis splendidum reddiderunt. Mox populus *Romanus* repulsam illam compensatione largissima deliniuit, quam eundem *Scipionem*, cui triumphus a senatu recusabatur, ingenti studio *consulē* crearet, eti nondum praetura functum, nec nisi viginti nouem annos natum, qua aetate plerique primum quaesturam, quae ante annum vi-gelium septimum peti non poterat, obtinebant. In vita *Scipionis*, quae *Plutarchus* supponi solet, hacc res sic tradita est: "Venienti senatus extra urbem datus est in aede *Bellonae*, ubi cum res a se per multos annos forsan feliciterque gestas exposuisset, ostendisseque, quatuor hostium duces, quatuor exercitus pluribus proeliis a se victos, *Carthaginenses* ex *Hispaniis* ciecos, nullas gentes in his terris elicatas, quae non venissent in populi *Romani* potestate, res amplissimo triumpho dignas esse censebat senatus, sed, quia nemini adhuc contigerat, ut cum proconsul & sine magistratu esset, pro rebus gestis triumphantī inueni litteret in urbem, nec patribus visum est, nec ipse *Scipio* magnopere contendebat, ut nouo exemplo morem maiorum sui causa commutarent." Verum *Plutarchus* in vita *Pompeii Magui* cap. 6. errauit narrans, *Scipionem Africanum* maiorem, postquam maximas grauissimasque victorias de *Carthaginensibus* reportarat, triumphum ne quidem postulasse, quia nec consul, nec praetor fuisset, cf. *Valerius Maximus* dict. & fact. mem. II. 8. n. 5. Sabiungimus oītūno exemplo triumphi denegati statim nonum propter similitudinem causae, ob quam triumphus decerni non potuit. A. V. C. DLIII *Cn. Cornelius Lentulus*, qui superiore anno consulatum una cum *P. Aelio Cato* gesferat, qui *Scipione* duce plura egregia virtutis documenta ediderat, cui tanquam legato una cum *L. Manlio Acidino Scipio A. V. C.* DXXXXVIII *Hispania*, abiens provinciam tradiderat, qui A. V. C. DXXXXVIII prorogato imperio fungens *Illegentes*, *Anseranos* aliosque populos *Hispaniae*, qui a *Romanis* defecrarent, domuerat, cui per annos DL & DLI proconsulare imperium ibi demandatum fuerat, nunc, narrante *Livio* XXXI, 20, proconsul ex *Hispania* redux coram senatu facta sua fortia omniaque ab eo ibi feliciter perpetrata commemorauit, atque triumphi honorem requisiuit. Verum enim vero senatus censuit, res quidem ab eo perfectas dignas satis esse triumpho, at exemplum maiorum aetate non inueniri, ut ei, qui non magistratibus maioribus functus, neque dictator, neque consul, neque praefectus, bellum gessisset, triumphare licuerit, ab illo pro consule *Hispaniam* provinciam, non consule, aut praetore administratam fuisse. Quam tamen patres eo inclinarent, ut ouans urbem iniret, id quoque *T. Sempronius Longus* tribunus plebis intercessione sua impedire conabatur, dicens, id nihil magis more maiorum futurum esse. Atq[ue]m victimus tribunus consensu patrum cessit, & *Lentulum* ouare permisit. Tanto ardore *Romani* adhuc moribus patriis inhaerent! Quod reliquum est, Vos, *Commissiores aestuariorissimi*, non studiorum tantum, quorum scholae Vobis iterum aperiuntur, sed etiam praceptorum, quorum nomina haec Vobis tabula exhibet, quibusque sedulo assidere consuevistis, amantissimi ad frequentandas praelectio[n]es aestivas copiosa exhortatione non egetis.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

**D. IOH. GEORG. BECHTOLD** Semestri hoc aestivali hora VIII. matutina b. DOEDERLEIN Entwurf der Christlichen Sittenlehre, sensis per hebdomada diebus, preleget; hora II. pomeridiana quater per hebdomadem posteriores fidei articulos per argumenta biblica, ex utriusque foederis libris ope bonae exegeseos feligenda, semitis theologorum hypothesibus arbitrariis omnibus, firmabit; ea in hoc negotio methodo usurus, quam auditores sui iam, ut satis probatam, adhuc comperti sunt. Offert quoque scholas examinatorias & disputatorias, si discentium diligentia, & alacritas conatibus suis responderint.

**IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ** hor. VII-VIII Matthaei euangelium interpretabitur, hor. VIII-IX historiam ecclesiae & religionis I. C. recentiorem ex WALTHIO narrabit. Hor. IX-X vaticinia V. T. *Messiana* explicabit philologice ac critice.

**CAR. CHRISTIAN. PALMEK** quinque dieb. h. X. theologiam moralem, quat. dieb. h. VIII. introductionem in libros V. T., binis dieb. h. IX. encyclopaediam theologicam, h. XI. praeculta homiletica tradet.

### LECTIONES IURIDICAE.

**D. IO. CHRISTOPH. KOCH** Institutiones ex HEINECCIO, Pandectas ex HELFELDIO, ius Canonicum & BOEHMERO, ius Criminale e compendio suo horis consuetis tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENR. MVSAEVS. *Ius feudale* BOEHMERO, *Historiam* I. R. G. PÜTTERO praeunte tradet. *Collegium elaboratorio-practicum* denuo aperiet. Praelectiones ad *ius mercatorum & cambiale*, ex libris suis, nec non *ad processum summorum Imperii tribunalium*, offert.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP *ius Germanicum priuatum* e SELCHOVIO, *ius publicum* S. R. I. praeunte PÜTTERO, eodemque duce bis de *hebdomade ius priuatum principum*, tradet.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BÜCHNER. *Priuatim hora IX-X. & XI-XII.* ad HELLFELDI*iurisprudentiam forensem secundum ordinem pandectarum commentabitur.* Hora X-XI. *principia iuris naturae & gentium*, praeunte HOEPFNERO docebit. Hora auditoribus commoda *historiam iuris* duce SELCHOVIO enarrabit.

### LECTIONES MEDICAE.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. IX-X. *Physiologiam* duce Metzgero explicabit. H. X-XI. *Examinatorium* offert. Alia desiderantibus haud deerit,

D. CAROL. GVIL. CHRISTIAN. MÜLLER *publice excursiones botanico-minerologicas* instituet. *Priuatim h. X-XI Botanicen ad systema Linnaeanum & h. XI-XII Materiam medicam*, docebit. *Psysicam dogmatico-experimentalēm horis Auditoribus commodis* offert.

D. ERNESTVS SCHWABE, explicabit Hor. X-XI. *Gaubii Anfangsgründe der Medicinischen Kranckheitslehre*; & docebit Hor. I-II. *Medicinam forensem*, secundum *Faseli Gerichtliche Arzneygelahrheit*.

D. IOANNES FRIDERICVS SIEGESMVND POSEWITZ, per semestre, quod instat, aestiuum temporis spatium, praelectiones habebit *herniologicas*, *angiologicas* atque *obstetricias*, neque decriit illis, qui, praeter has, vnius alteriusue medicinae partis optarint illustrationem.

### LECTIONES PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Primar. Hora II-III *Horatii Odas* illustrabit; Hera. VIII-IX *institutiones stili Latini* duce Schellero tradet; Hora IX-X *Notitiam librorum cuius studiojo utilissimorum*, praecente Millero exhibebit; Hora X-XI *lementa Aesthetices* secundum praecepta Eberhardi V. C. enucleabit; ad alia quoque paratissimus — *Bibliothecam publicam diebus Mercurii atque Saturni* Hora II-III aperiet.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Histor. P. P. O. *Historiam ecclesiasticam* N. T. ad ductum Schroeckii hor. VIII. *Historiam Uniuersalem* hor. XI. *Historiam Statuum Europae* hor. II. ad Compendia a se edita docebit.

GVILIelmvs FRIDERICVS HEZEL, Ph. D. & LL. OO. P. P. O. A) interpretabitur 1) *librum Hiobi*; 2) *Anacreontis Carmina*, vel quaecunque Graeca alia. B) tradet *fundamenta linguarum* a) *Hebraicæ* & b) *Arabicæ*; secuturus, prouti solet, sua praecepta.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. *Oecon. statist. & scient. Cameral.* P. P. O. Hora XI-XII. *Oeconomiam ruralem*, ad Beccmanni Compendium: Hora III-IV. *Scientiam*, quam dicunt, *forestatem*: — *Forstwissenschaft* — : Hora IV-V. *Politicam*, vt vocant, seu *scientiam ciuitatis instituendae & administrandae*, ad filium suum, exponet. Nec iis decriit, qui *Oeconomiae politicae*, & *Statisticae*, vt dicunt, *Imperii Germanici*, operam nauare velint.

IO. FRIDER. ROOS, Philos. D. & P. P. O. *Historiam regnum & rerum publicarum Europae recentiorem, Galletto praeceunte, h. XI.; Historiam quam dicunt universalem, Beckio duce, h. I. enarrabit. Plutarchi Moralium partem I., ex recensione Wytenbachiana, interpretabitur; Anglicae etiam linguae studiosis operam haud denegaturus.*

GEORG. FRID. WERNER, scient. milit. P. P. O. Geometriam practicam h. II - III docebit.

FRID. LVDOV. WALTHER, P. P. O. per semestre aestivum Oeconomiam ruralem, hor. VIII - IX Dendographiam forestalem ad Compendium suum hor. IX - X tradet, Zoographiam forestalem hora auditoribus comoda docebit.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, P. M. P. O. Physicam experimentalem (nach Erxleben), Mathesin puram ex compendio suo, horis valuis publicis adhuc indicandis, priuatim docebit.

I. C. G. SCHAVMANN priuatim 1) Logicam & Metaphysicam h. III-IV. 2) Philosophiam vniuersam methodo encyclopaedica h. IV-V ad compendia sua docebit. Examinatorium praeterea & disputatorium offert.

### LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRIDERICVS GVIL. DAN. SNELL, Philos. P. P. E. O. Mathesin puram hor. X-XI, mathesin applicatam hor. XI-XII, criticae philosophiae elementa h. III-IV tradet. Ad alias paelectiones philosophicas paratus est.

IO. GEORG. FRID. LEVN, Ph. D. & P. P. E. O. elementa plurium dialectorum orientalium, in primis arabicae atque syriacaे horis commodis tradenda offerit. Hor. III. Proverbia Salomonis e fonte ebraeo interpretabitur.

FRANC. THOM. CHASTEL, P. Ling. Gall. P. E. O. Mane hora VI-VII fundamenta linguae gallicaе, ad filum suae minoris grammatices ponet, post meridiem conversatorium instituet collegium hora I-II. secundum nouas res gallico idiomate conscriptas, sero autem V-VI elaboratorium, ad filum, libri cui titulus: *Hauptgrundsätze der Französischen Sprache*, aperiet, & ceteras diei horas priuatissimis lectionibus deuouebit.

IO. ERNEST. CHRISTIAN. SCHMIDT, paelectionibus publicis *Historiam Hafiae*, priuatis vero *Historiam Ecclesiae Christianae* ab Iesu nato ad finem seculi XVti usque narrabit.

CAROLVS LVDOVICVS GVILIELMVS GROLMAN I. V. D. paelectionibus publicis commentabitur in *Cl. Hauboldii prae cognita iuris romani priuati nouissimi*; priuatis theoriā processus tradet, nec priuatissimas super iure ciuili & criminali sese denegaturum pollicetur.

D. ERN. LVDOV. WILH. NEBEL. th. anat. profect. Medicinae veterinariae partem priorem, de cognitione & cultu pecorum domesticorum, tradet. Historiae medicae partem posteriorem, a Galeno initium facturus, explanabit. De horis cum Auditoribus coram conueniet.

---

Præter ista Generofissimis Nobilissimisque Cinibus de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltuandoque palestra, Anglicae, Gallicae & Italicae linguae scholis, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.